

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3671

**Auteur(s) :** Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Bus-Saint-Rémy, Notre-Dame-du-Trésor (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1266, novembre

**Lieu d'émission :** Caumont

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Louis [IX], roi de France, autorise l'abbaye et les religieuses du Trésor Notre-Dame à posséder tout ce qu'elles ont acquis depuis six ans dans la mesure où la valeur des rentes annuelles ne dépasse pas 60 livres parisis. Le roi approuve également la donation par testament faite auxdites religieuses par M[arie], comtesse d'Eu, d'une rente annuelle de quinze livres tournois à percevoir dans la prévôté d'Eu.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 719, p. 159.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 1, p. 451-452.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gracia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos, pro salute anime nostre, ac remedio animarum inclite recordationis regis Ludovici, genitoris nostri, regine Blanche, genitricis nostre, ac aliorum antecessorum nostrorum, concedimus abbatie monialium de Thesauro Nostre Domine, Cisterciensis ordinis, et monialibus ibidem Deo servientibus, quecumque ipsa de feodo seu dominio nostro vel censivis nostris, que tamen non sunt de ducatu Normanie, in terris, vineis, pratis, domibus ac aliis possessionibus et rebus quibuscumque, titulo emptionis, donacionis vel alio quocunque justo modo, a sex annis citra acquisierint, usque ad valorem sexaginta librarum parisiensium anni redditus, tenenda et possidenda in perpetuum in manu sua, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo tamen jure in omnibus alieno, retentaque nobis in premissis justicia, et salvo eciam jure nostro ; hoc excepto, quod nos, pietatis intuitu, remittimus et quittamus eisdem monialibus im perpetuum, usque ad summam quinque solidorum parisiensium, anni census sive redditus, quos super rebus predictis annuatim, sicut asserunt, percipere solebamus. Preterea, cum, sicut nobis datum est intelligi, bone memorie M. comitissa Augi in ultima voluntate sua de assensu et voluntate charissimi et consanguinei et fidelis nostri Alfonsi comitis Augi, Francie camerarii, mariti sui, in puram et perpetuam elemosinam dederit seu legaverit monialibus supradictis quindecim libras turonensem anni redditus, in testamento ipsius comitisse expressas, percipiendas in prepositura Augi singulis annis, nos, quantum in nobis est, volumus et placet nobis, quod eodem moniales predictas quindecim libras anni redditus in manu sua tenere possint et percipere in perpetuum, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo tamen in aliis jure nostro ac jure etiam in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras sigillii

nostri fecimus impressione muniri. Actum apud Calvum montem, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, mense novembri.